Fragmentarium

Nunc ergo tatannai dux regionis · que est trans flumen ·
starbazannai & consiliarii uestri · appharsachei · qui estis
trans flumen · procul recedite ab illis & dimittite · fieri
templum di · illud a duce iudeorum · & senioribus eorum · domum di
illam edificent · in loco suo · Sed & a me preceptum est quod
oporteat fieri a presbiteris iudeorum · illis ut edificetur domus
dni · scilicet ut de arca regis · id est de tributis que dantur
de regione · trans flumen studiose sumptus detur uiris illis
ne impediatur opus · Quod si necesse fuerit & uitulos
& agnus & hedos in holocaustum do caeli frumentum sal uinum ·
& oleum · secundum ritum sacerdotum · qui sunt in hierusalem ·
detur eis per dies singulos · Ne sit in aliquo querimonia ·
& offerant oblationes · do caeli · orent que pro uita regis & filiorum
eius · A me ergo positum est decretum ut omnis qui hanc
mutauerit iussionem tollatur lignum de domo ipsius & erigatur
& configatur in eo · domus autem eius publicetur · Deus autem qui ha
bitare fecit nomen suum ibi · dissipet · omnia regna & populum qui ex
tenderit manum suam ut repugnet & dissipet · Domum di illam
que est in hierusalem · Ego darius statui decretum · quod studiose
impleri uolo · Igitur tatannai · dux regionis trans flumen
& starbuzannei & consiliarii ei secundum quod preceperat darius rex ·
sic diligenter executi sunt · Seniores autem iudeorum · aedificabant
& prosperabantur iuxta prophetiam · aggei prophete & zachariae ·
filii addo · Et aedificauerunt & construxerunt · iubente deo isrl
& iubente cyro & dario & artaxersi regibus persarum ·

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 15346, Cod15346_2v – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-7d54/3878/41098)